

Sol Sarmaticus

33

In Severissimo ac Potentissimo Principe gloriosissimo Bellatore illo
D. Joane Tertio Poloniarum Rege & cum eius potissimum auspicijs
excussa Viennensi obsidione Luna Ottomanica Caelo suo movetur.

Non se jam Soli sociat, nil luminis inde.

Turcica nil quicquam Luna decoris habet.

Obscurata fugit, primo SOL ICHNICUS ortu

Ad Chocimum rutilo capit ab axe diem

AVSTRIACIS medium pleno nunc sidere campis.

Fulget eumq. Orbi, Vespera nulla venit.

Usq. diem ducet, seros ducetq. Triumphos.

Hec Thracem Victrix prateret usq. manus.

Libera jamq. diem frontemq. VIENNA serenat.

Excidit illius nox ubi pulsa fugit.

Turba Machomedis clamores fundito duros.

(Psallere Nos Domino pectore et ore jurat.)

Non tantum Eclipsin patitur, non Cornua frangit

Luna tibi Caelo decidit ipsa suo.

Nusquam tuta fides, est factus namq. BOHEMUS

Turca et consuetis moribus eius agit.

Ex pueris Janiczaros Bassasq. reformat

Militat ast Phæbo, non alienus honor.

Responsio Laconica Turris Viennensis ad Argentoratensem

Firma manet Turris Stephani ad tot pulveris ictus

Tu Galli ad Cantum territa sponte cadis

In Viennam & Argentoratum.

Ille agitata minis Turcarum Virgo remansit.

Pro Merce; Hæc Gallo subiacit ut Meretrix.